



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 4. Cur Christum viderit stantem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

TITULUS XXXVIII.

S. STEPHANUS PROTO-MARTYR.

§. I.

Figura.

Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas. Judic. 7. 20. Vide, quàm bene sibi conveniant, prælium Proto-Mar. Stephani, & prælium Gedeonis. Si enim per tubas Prædicatorum voces significatur, tunc B. Stephanus tubâ sonabat, quando incredulos Judæos arguebat. Quando verò prodigia, & signa magna, faciebat; tunc utique lampades in manu tenebat. Tunc autem Judæi sævientes Proto-Martyris lagunculam frugerunt, quando eum lapidaverunt. D. Eusebius Emiff. in Nat. S. Stephani.

Vicit David Goliath lapidibus. 1. Reg. 17. 49. vicit & Stephanus iis quoque diabolum: ille nihilominus quibus percussit; hic autem quibus percussus est. S. Asterius Laudatione S. Stephani.

§. II.

S. Stephani charitas.

Fortis est ut mors dilectio. Cant. 8. 6. Dilectio illius fuit, ad similitudinem mortis, fortis: quia sicut mors animam à corpore sibi dilectissimo dividit; sic amor Stephanum à Mundanis omnibus separavit, & soli Christo eum conjunxit. S. Bonaventura serm. 16. de S. Steph.

Neque, fratres, existimandus est Stephanus tunc inimicos dilexisse, cum pro eis oraret; & non dilexisse, cum, eorum incredulitatem arguendo, corripere. Absit hoc ab anima Martyris ad cælum festinantis. S. Fulgentius f. de S. Stephano. Quia, cum ad cælum festinat, omnes vult habere socios: reprehensio ergo illa fuit ex vehementi charitate erga hostes suos. Sylveira in Act. 7.

Per charitatem pro lapidantibus orabat, nè punirentur. Charitatis virtute subnixus vicit Saulum crudeliter sævientem: & quem in terra habuit persecutorem, in cælo meruit habere consortem. Ipsa scivit charitas desiderando acquirere, quos nequivit moriendo convertere. S. Fulgentius f. de S. Steph. Oecumenius hic putat, non solum Saulum, sed multos alios ex lapidantibus, per Stephani preces, ad fidem conversos, gratiam, ac salutem, consecutos. Sylveira hic.

Stephanus, ut nominis sui coronam meruisset accipere, charitatem pro armis habebat; & per ipsam ubique vincebat. Id. ib.

Vide, quantum agat in pectoribus servorum suorum divina charitatis ardor: quod sperabatur desideris, oculis demonstratur. Necdum explet famulus ministerium, & jam Dominus aperit regnum suum. Euseb. Emiff. hom. de S. Steph.

Vera fortitudo nunquam sine charitate est, & tunc verè in spiritu fortitudinis res agitur: quando fortissima charitatis societate ipsa fortitudo vallatur. Verè constans, & fortis; quem tot lapides depellere non potuerunt ab arce charitatis: in quo dilectio fortis ut mors; imò &

plus, quàm mors. Plus enim apud animam morientis eodem momentò valuit fortitudo dilectionis, quàm fortitudo mortis. S. Rupertus de Aper. S. Spir. 1. 6. c. 6.

§. III.

S. Stephani amor inimicorum, & oratio pro iis.

Domine, nè statuas illis hoc peccatum. Act. 7. 59. Hoc in ipsa cæde, & furore, lapidantium præstare nunquam potuisset; nisi multò antè ista animò percepisset; & in tota vita his cogitationibus versari consuevisset. Isidorus Clarius or. 6. de S. Steph.

Pro se quidem stans oravit, pro inimicis genu flexit: quia ipforum major iniquitas majus supplicandi remedium postulabat. V. Beda hic.

Postis genibus: quia verà, & humili, simplicitate pro se orans stat, & erigitur; pro lapidantibus flestit genua. Quis audivit unquam talem? & quis vidit huic similem? Plus dolet persequentium peccatum, quàm sua vulnera; illorum iniquitatem, quàm suam mortem. S. Bernardus f. de S. Steph.

Quare pro te stans orasti? & pro inimicis genu flexisti? Pro me stans oravi: quia pro me, qui rectè Deo servivi, orando, & impetrando, non laboravi: quia, qui pro iusto orat, non laborat; ideo pro se stans oravit. Ventum est, ut oraret pro Judæis: & attendens, tam multam esse iniquitatem eorum, quæ difficile donari posset, genu flexit, & ait: nè statuas illis hoc peccatum. S. August. f. 1. de S. Steph.

In illa lapidum ruina, quando alius oblivisci poterat etiam charissimos suos; ille Domino commendabat inimicos, S. Maximus hom. in Nat. S. Steph.

Lapides lapidem percutiunt; sed lapidem molliorem; de quo fuit oleum charitatis, & tinnitus redditur pietatis. B. Petrus Dam. f. de S. Steph.

Illi lapides mittebant; & S. Stephanus orationes fundebat. Magna pietas, magna clementia! prorsus qualia in mensa Domini sui comedit, talia & ipse in suo convivio præparavit. S. August. f. 1. de S. Steph.

Cur non vel pauculas horas superstes fuit tam insigni orationi? sed eodem mementò & preces Deo, & animam, obtulit? Respondeo: videretur Stephanus jam plura, & gloriosiora, facere non potuisse, quantumcunque diutius viveret; quàm dum pro inimicis oravit. Quasi hoc solum Deus ad apicem sanctitatis ejus expectasset. Did. Niss. ser. 3. Dom. 3. Quadr. §. 1.

§. IV.

S. Stephanus cur Christum videat stantem?

UNò locò stantem ad dexteram Dei Jesum Stephanus vidisse dixit. Cur ubique ad dexteram federe ostenditur, unò legitur in loco stare? Sedet quasi Judex vivorum, & mortuorum: stat quasi Advocatus suorum. Stabat ergo quasi

quasi Sacerdo, quando Patri hostiam boni Martyris offerebat. S. Ambros. l. 3. de fide c. 7. circa. Non jacentem, non sedentem, vidit Dominum; sed stantem: paratum videlicet ad sibi impendendum suffragium. S. Laurent. Just. in fello S. Steph.

Stantem Christum videt; licet jam ad dexteram Patris sederet. Sicut, cum publicis spectaculis ades, proximisque fenestras sedes, unde omnia, quae in foro aguntur, facile videas: si forte aliquod accidat mirabile spectaculum; surgis, & stans illud intueris, licet posses sedens intueri: sed rei novitas te stare compellit, ut attentius consideres. Ita &c. 1. Cor. 4. 9. *Spectaculum facti sumus &c.* Orosius de eodem. §. V.

S. Stephani variae virtutes, & laudes.

Tua dulcedo Stephano lapides torrentis dulcoravit. S. August. soliloq. c. 22.

Latabatur Proto-Martyr egregius propulari a saeculo; & in patenti caeli introducendus palatium, vilissimae carnis gratanter tentorium deserebat. S. Laurent. Just. l. de eod.

O Christi milites! hujus propugnatoris fortissimi provocati exemplo, viriiter pro Domino etiam nos pugnare non pigeat. Id. ib. ad finem.

Extra civitatem lapidabant: non enim habuit hic manentem civitatem; sed futuram totam mentem querebat. V. Beda in Act. 7.

Nulla perinde, ac Christi Passiones, voluptas delectabat: una quies, ac refectio, mori pro pietate, gaudebat periculis. - O terrestri Angele!

TITULUS XXXIX. STULTITIA.

§. I.

Stultitia est, futura non praevidere.

Esau parvi pendens, quod primogenita vendidisset. Gen. 25. 34. Jacob futura curavit, & quod aeternum postea luceret, famem patienter tulit. Esau vero futura despexit, ut fami, praesentique cibi aviditati, serviret. Naxera in Jos. 16. §. 15.

Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Eccles. 10. 15. Est metaphora in mancipiis damnatis ad labores, vel in ergastulis, vel in agris, vel in fodinis metallorum: qui, cum ibi viam laboriosam degant, ignorant viam in urbem, ut in ea vitam civilem, facilem, agant, aut a viatoribus, & peregrinis; qui, cum viam rectam, & compendiosam, in urbem, in quam tendunt, ignorant; per circuitus, & anfractus, vel sero, vel nunquam, ad urbem destinam perveniunt. Simili modo stultus laborat, ut sapienter, & feliciter vivat; sed frustra: quia viam in urbem, id est, rationem, & methodum Sapientiae ignorat, nescit sapienter res suas exequi; nescit, qua in re sita sit sapientia: quarit enim eam in libertate, gula, luxuria, &c. cum sita sit in prudentia, & virtute. Cornelius hic.

Visi sunt oculis insipientiam mori. Sap. 3. 2. *Polyanth. Sacra. Tom. II.*

o homo caelestis! o fidus manè exortens! S. Basilii Seleuc. orat. in laudem S. Steph.

Viri fratres, & Patres. Act. 7. 2. Prudens exordium; optimum concionis ad populum irae exultantem principium. - At, ubi vidit obfirmatam malitiam, artificium omne, quod blandè animos demulcere, conciliareque, potuisset, omittens; nullis verborum ambagibus vocat eos *durè aervice* &c. v. 51. S. Astenus Laudatione de eodem.

Jungitur gratiae fortitudo: quia infusio spiritus libertatis ignitus animus animus in lucem veritatis erumpit. B. Petrus Dam. l. de eod.

Cum B. Stephanus fuerit Proto-Martyr, & Martyrium Sanctorum sit eorum Natalis in caelis; merito statim post Natalem Domini Natalis S. Stephani celebratur. Durandus rat. offic. div. l. 7. c. 21.

Diaconus mensis praefectus est, & prodigiorum effector redditus. S. Chrysost. l. de eodem.

In loco martyrii S. Stephani aedificatum templum magnificum ab Eudoxia Augusta: in quo ostendebatur lapis, super quem S. Stephanus expirans, cadens retrorsum oculis in caelum reclinavit caput; in quo signa, & effigies capitis, ac scapularum, tanquam molli cera manserunt impressa. Simulque cum alio lapide, in quo B. Virgo cum S. Joanne orabat pro Stephano, toto lapidationis tempore. S. Stephanus ergo coronam sui martyrii debet B. Virgini; sicut S. Paulus conversionem suam Stephano oranti. Haec omnia ex gravissimis authoribus referunt Lorinus, Cornelius. Sylveira in Act. 7. 59.

qui oculos suos statuerunt declinare in terram, id est, qui solum considerant praesentia, nec futura. Sed oculis sapientura videntur nasci. Propter quod abitus Sanctorum vocatur *Natalis*, secundum Job. 11. 17. *cum te consumptum putaveris, orietur ut Lucifer.* S. Bonaventura hic.

Et quinque fatuae. Matth. 25. 2. Propterea Virgines fatuae sunt appellatae; quoniam circa fatuas Mundi curas vocabant; hic congregantes, ubi minimè est reponendum. S. Chrysost. hom. 51. in Joan. Merito fatuae: quia, quod eis futurum erat, praevidere nescierunt, illece terrenis illecebris; sed tardè sibi providere voluerunt; quoniam amplius tempus non erat. Magis autem praeter omnem rationem, si de alienis bonis se fulcire satagebant, fatuitas est, tempus non praevenerit per tempus, ut possibilitas ipsa permittit. Sim. Cass. l. 6. c. 28. Qui recte credunt, & justè vivunt, assimilantur quinque prudentibus: qui autem profitentur quidem fidem Jesu, non autem preparant se bonis operibus ad salutem; reliquis quinque Virgibus fatuis. S. Gregor. hom. 22. in Evang. Lampades animae nostrae, & unius cujusque mens lampas est; quae tunc accenditur, quando habet oleum virtutum & misericordiam. Fatuae autem virgines ideo; quod

761

a con-
nem,
quod,
ndum
mmo-
-i.
i non
gi gu-
sa re,
Dei:
cum
72. §.

ostis,
quod
tatio-
isc. de

Sunt.
es ab
s, cir-
aben-
quan-
lesia:
illis.
gelo-
ignaz
ctus.

Me-
o, ad-
ten-
ut in
4. in
ator;
3. de
num
& vi-
bluit.
o no-
gna-
tigi;
tam,
etur.

omi-
cun-
culis
um.
tan-
proe-

quod
utas
, qui
emi-
, ex
vo-
ssia,
. 19.
aster.
Qui